



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/292748>

27

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BERNARDI TER HAAR,
THEOL. DOCT. ET PROF. OED.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,


ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JACOB GERARD PATIJN,
Wadenoyensis, Gelrus.

A. D. XXII M. MARTII, A. MDCCCLX, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,
TYPIS MANDARUNT KEMINK ET FILIUS.

MDCCCLX.



T H E S S.



I.

Minus recte Cl. GOUDSMIT (Themis VI. pg. 92.) in lege 8. § 2. D. de Op. nov. nunt. pro „te jure” verba „meo jure” legendum esse censet.

II.

In lege 44. D. de don. int. vir. et ux. verba „et hoc et mulier noverit” ad legem explicandam, omittenda.

III.

Non facio cum viro Cl. REIN (Crim. R. der Römer, pg. 691.) statuente, vocem „sacrilegium” imperatorum demum temporibus latiorem obtinuisse sensum.

IV.

Illi, quorum consensus ad matrimonium ineundum requiritur, et qui ex art. 126. al. 2. inf. C. C. celebrationi adsunt, eodem tempore testes esse possunt, de quibus art. 131. C. C. loquitur.

V.

Mulier Gallo, hīc domicilium habenti, nupta, actionem ad matrimonium dissolvendum instituere potest, licet concubinam non in domo conjugali maritus teneat.

VI.

Judice cantonale in rebus pupillaribus ex art. 388. C. C. parentes, non tamen proximos, convocante, praeteriti hac de omissione appellare nequeunt.

VII.

Templa non esse res extra commercium, censeo.

VIII.

Actionem possessoriam ex art. 613. C. C. contra auctores materiales instituere licet — qui non nisi ad evictionem mandantes in jus vocare possunt.

IX.

Necesse est, ut qui (ex art. 1303 C. C.) agere velit ad dissolvendam obligationem reciprocam, ipse jam obligationi paruerit.

X.

Judex cantonalis de cuius sententia ad tribunal Arrondissementi appellatur, ex art. 30. n°. 4. Leg. de R. Jud. non potest recusari si post sententiam huic tribunali adscriptus est.

XI.

Marito, qui aliunde domicilium habet, uxorem hīc habitantem in jus vocare licet coram judice habitationis, si modo actio sit personalis neque ad red immobiles spectans.

XII.

Vox „aansprakelijk” in art. 18. C. M. significat, creditores talis societatis, quem velint sociorum, in jus vocare posse.

XIII.

Verba „op vordering der schuldeischers” in art. 777. C. M. curatori impedimento non sunt, quin actionem „in fraudem creditorum” instituat.

XIV.

Conatus delicti ex art. 405. C. P. puniri potest.

XV.

Art. 456. C. P. ad praedea rustica limitandum esse, censeo.

XVI.

Ut quis puniatur ex art. 1 et 2. legis 19 Mei 1829 „tegen de vermening van vergiftige of andere schadelijke zelfstandigheden” dolus non requiritur.

XVII.

Quod ad nostram patriam non facio cum VIVIEN: (Etudes administratives, p. 125). „Ainsi, le contentieux administratif se compose de toutes les reclamations fondées sur la violation des obligations imposées à l'administration par les lois et les règlements, qui la régissent ou par les contrats qu'elle souscrit.”

XVIII.

Iterata et temeraria Ordinum Generalium dissolutio
admodum periculosa mihi videtur.

XIX.

Jus armis interveniendi in quaestione, quae dici-
tur Italiae, negamus.

XX.

Als men de tegenwoordige toestand van het grond-
bezit in aanmerking neemt, is eene wet, die de
verkoppeling der landerijen regelt, uit het oogpunt
der landbouw-productie zeer wenschelijk.

XXI.

Zoowel uit een staatsregterlijk als staathuishoud-
kundig gezigtspunt zijn de artt. 25—28 van de wet
van 31 Mei 1824, (Stbl. n°. 36) af te keuren.

1911773